Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Aegidius Viterbiensis, generalis eremitarum s. Augustini, Ioanni Reuchlin S. D.

urn:nbn:de:bsz:31-270838

Visual Library

ne ſim om̃ino ingratus iuxta illud Lyrici ſenis κωφὸς ἀνὴρ τὶς ἡρακλεῖ σόμα μὴ παραβάλλῃ. cum aliás illud ipſum grauiſſimũ ſimul & ſanctiſſimum nomẽ pietatis leuius mihi meritis erga me tuis eſſe uideatur. Franciſcus Poggius Florentinus nuper ad Summum Pontificem orauit. Pater Sancte. Ego ſumam mihi parteis Reuchlin, & uolo ſtare loco ipſius. Legi ſuas lucubratiões omneis omneis, quas habere potui. Homini fit iniuria. Cui Pontifex poſt multa reſpõdit. Noli curare Poggi, non feremus ut quicquam mali patiatur hic uir, Reuerendiſſimus dominus Cardinalis noſter, fauit laudibus tuis. Interrogauit me ſæpius de omni uita tua, an præter literas etiã alia ageres, & quid in redditibus? an liberos haberes, & qd frater, & qd conſanguineus Philippus tuus ille ille mei amantiſſimus, & poſtremo quantum ego amarem te. Reſpondi. Mon ſor Reuerendiſſimo ἴσον ἐμῇ κεφαλῇ. Maior pars uotorum omnium eſt pro te, & credo non quatuor eſſe pro Aduerſariis. Videtur demum mihi maxime ex re tua, ſi iam denuo literas ad Reuerend. Cardinalem, dominum meum dares cum primum uacaret. Habuit nuper literas ab Eraſmo Roterodamo, quem ſummopere laudat, poſſet prodeſſe ſi commonefaceres illum. Expectant ab omnibus Pythagorica tua. Romæ. Anno M. D. XVII.

Aegidius Viterbienſis, Generalis Eremitarum S. Auguſtini, Ioanni Reuchlin S. D.

VIX tibi perſuadeas quantum doleam, tũ ꝙ te non uidi cũ eſſem in Germaniá a Pontifice miſſus ad Cæſaré, tum ꝙ te cum quotidie ſalté non contendo literis. Habes in iſto excelſæ ac ſingularis tuæ uirtutis theatro uniuerſum fere orbé ſpectatoré, me unicũ ſupra oés cultoré atq; admiratoré. unus em̃ uiſus es cõibus cancellis, quibus ſe om̃e uulgus circũſepſit cõtentus non fuiſſe, unus ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν. unus ſuparũ tragicũ auferre, & Mineruæ nubem tollere. in penetralia arcana penetrare. eadé ꝑ מצפץ noiare. hoc ipſũ alphabetũ ſoluere, & ꝑ ש literam uti peculiaris numeri ſymbolo ſuſpendere & ſignificare. Solus abdita eruere in lucem potuiſti. Solus Pythagoreum, & dei ספירות & angelorum מרכבה & mundi minoris

partes,cerebrum,cor,epar, quæ apud Platonem plane ignota. a Zohar in q̄nta חמ׳ש demõſtrata.p̄ שמור וזכור Per te deniq; ſeruati theſauri ſunt ſciētiæ & ſapientiæ dei, in Thalmud libris,qui &ſi ab Aduerſariis editi,multa nobis & pietati inimica docēt,dici tñ non poteſt,quot altæ profundæq; quæſtiones ad ſacra eloquia pertinentes,quot uerba,quot dictiones, quot obſcura ſacrarū ſcripturarum illic clareſcunt atq; aperiuntur. Quæ ſi libri illi deſyderarentur,nunq̃ legere eſſet,ætherna premi nocte opteret,æterna nos inſcicia dānari neceſſe eſſet. Mitto teſtimōia de aduētu Meſſihæ i עז Et אחר ארבע מאות In Sanhedrim cum Iſaiæ מ׳בות & alia inumerabilia paſſim quæ inſaniētiū & imperitorū uitio interiiſſent,tuo uniꝰ ſupſunt bñficio in opes, & ornamentum eccleſiæ Romanæ חלק תורה data hoibꝰ האור גינות לצדיקים באש erepta primo nobis eſt à deo ex igne, cum Abrahā ex igne ſeruatum eſſe uolunt. Nunc ſecundo à Reuchlin ſeruata eſt ex igne,cum libri illi ſeruati ſunt,quibus ſtantibus lex panditur,& lucem capit,intereuntibus autem tenebris æthernæ noctis offunditꝰ. Deniq; in hoc iudicio tuo ubi hac æſtate periculoſo æſtu laborauimus,non te ſed legē,non Thalmud ſed eccleſiā,nō Reuchlin per nos,ſed nos per Reuchlin ſeruatos & defenſos intelligimus. Velim quæ de Pythagoricis cudere te ſcribis,latiꝰ de eis me reddas certiorem. Vale,Romæ. Anno M. D. XVI.

F. Aegidius Viterbienſis,ordinis Eremitarum S. Auguſtini Prior Generalis,Nobili & egregio uiro DN. Ioanni Reuchlin LL. Doctori eruditiſſimo. DN. Dionyſio Presbytero Fratri ſuo germano,atq; Elizabet Sorori ſuæ Salutem.

NVLLVM in terris miſerius atq; periculoſius eſt uiuendi genus, q̃ eorum qui humanarum rerum capti ſpe,toto animo pendent à fortuna,cui quidem & uariæ inſtabili, quicunq; obnoxios abſq; reſipiſcentia faciunt ſeſe, & aſſiduis in uita iactantur caſibus, & perpetuis in morte ſuppliciis puniuntur.